

53. 53.

DISSE^TRAT^IO IN^AUGURALIS
MEDICO - PHYSICA
DE
**AERE AQVIS ET LO-
CIS TRAIECTINIS
AD VIADRUM.**

QVAM
CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSÆ
FACULTATIS MEDICÆ

PRÆSIDE
**JOHANNE FRIDERICO
CARTHEUSER**
MED. DOCT. AC PROF. PUBL. ORD.

PRO GRADU DOCTORIS

RITE ATQVE LEGITIME IMPETRANDO

HORIS LOCO QVE CONSVENTIS

ANNO MDCCXLII DIE DECEMBRIS
PVBLICÆ AC PLACIDÆ PHILIA-
TRORVM VENTILATIONI

Subjicit

RESPONDENS
CAROLVS CHRISTOPHORVS GAILL,
Colberga - Pomeranus.

FRANCOFURT^I ad VIADRVM,
Typis MARTINI HUBNERI.





DISSERTATIO MEDICO - PHYSICA
DE
AERE AQVIS ET LOCIS TRAJE-
CTINIS AD VIADRUM.

PROOEMIVM.



HIPPOCRATES, GALENUS, CEL-
SUS, & qui priscis temporibus eo-
rundem vestigia laudabili studio
premere annisi fuerunt, non tan-
tum ipsi adcuratiorem *Locorum, Aeris & Aqua-*
rum investigationem susceperunt, sed ean-
dem quoque, ceu scrutinium, ad praxin me-
dicam cum ratione ac feliciori successu exer-
cendam summe necessarium, medicorum sin-
gulis seriò commendarunt. „Quicunque, di-
„vus HIPPOCRATES, reliquorum in hoc

A 2

„pas-

„passu antesignanus, scribit ^{a)}), artem medi-
 „cam integrè assequi volet, hæc faciat oport-
 „et. Primo quidem temporum anni ratio-
 „nem habeat, quid unumquodque illorum pos-
 „fit. Nulla enim in re similia sunt, sed mul-
 „tum differunt, tūm ipsa ad invicem, tum in
 „propriis permutationibus. Deinde etiam
 „ventos calidos & frigidos, maximè quidem
 „omnibus hominibus communes, mox autem
 „eos, qui unicuique regioni sunt peculiares:
 „Aqvarum item facultates examinare conve-
 „nit: Quemadmodum enim gustu differunt, &
 „pondere, sic quoque virtute aliæ aliis præ-
 „stant. Quare, si quis ad urbem sibi incogni-
 „tam perveniat, circumspicere oportet ejus
 „situm, quomodo scilicet ad ventos & solis
 „exortus jaceat: non enim idem potest, si ad
 „boream jaceat, & si ad austrum; neque si
 „ad solis exortum, neque si ad occasum. Et
 „hoc quidem diligenter oportet perscrutari,
 „tūm quomodo in aquis sese habeat: utrum
 „palustribus utatur, & mollibus, an duris,
 „sive ex sublimi, sive ex faxoso loco scaturi-
 „entibus; falsis item crudisve. Terra etiam
 „ipsa consideranda; nudane sit, & aquis ca-
 „rens,

^{a)} Lib. de aere, aquis & locis, in operib, p. m. 22.

„rens, an densa & aquosa; item an concava
 „& æstuosa, an alta & frigida &c. Meritò
 egregium hoc monitum olim practicos quos-
 cunque ad laudabilem imitationem incitare
 debuisset, & hodienum quoque nostrates eò
 adducere deberet, ut de agri istius, in cuius
 ambitu sanis & ægris scientia sua & consilio
 opitulari student, de aeris item, aquarum &
 reliquarum huc pertinentium rerum, natura-
 li conditione penitus cognoscenda solliciti
 essent. At, tantum istud ceterorumque in-
 genuæ adhortationes, proh dolor! nondum
 efficere, & medicos indiscriminatim ad com-
 munem hunc, eumque utilissimum, laborem
 suscipiendum impellere potuerunt; sed non-
 nulli saltem, quorum nomina ac scripta bre-
 vitatis caussa silentio prætermittam, nostro &
 præterito ævo eruendis ac describendis hisce
 suam impenderè operam. Hosce igitur sequi,
 ac simile argumentum, nondum ab aliis, quan-
 tum memini, quoad specialem applicationem
 pertraetatum, thematis inauguralis loco, eli-
 gere placuit. Me quidem haud latet, B. BEG-
 MANNUM in *Descriptione urbis Francofurtanae hi-
 storico-politica*, quorundam, quæ huc spectant,
 aliquam hinc inde, præsertim pag. 26. seqv.,
 men-

mentionem injecisse; veruntamen, cum ea partim nimis generalia sint, partim ad scopum physico-medicum parum collimare videantur, non incongruum utique & frustraneum fore arbitratus sum, si ea, quæ intra id tempus, quô hic commoratus sum, annotare & observare licuit, communicarem. Completam tamen, & omnibus numeris absolutam descriptionem haud quisquam hac vice exspectet, aut memet ultra agri Francofurtani limites longiores excursiones fecisse autemet: Temporis quippe, quô hic degi, brevitas, muneris ratio, aliaque, quæ allegare supercedeo, utrumque prohibuerunt. Intra arctiores itaque terminos me continere, & primas duntaxat historiæ Francofurtanæ naturalis lineas ducere decrevi. In posterum tamen, si Deus vitam, vires, & tranquilla otia benignè concesserit, fortassis occasio dabitur, ea, quæ deficiunt, fuisse addendi, & sceleton hoc macilentum atque aridum muscularis atque pinguedine venustris exornandi. Faveat igitur Lector benevolus meu conamini, & de opella hac, ceu operis perfectioris prodromo, amicum pariter, atque æquum ferat judicium.

SE-

SECTIO I.
DE
SITU ET NATURALI CONDITIONE
AGRI FRANCOFURTANI.

§. I.

FRANCOFURTUM, antiqua Musarum meso-marchicarum sedes, ac celebre cujuscunque generis mercium emporium, situm obtinet sub gradu latitudinis borealis 52, minut. 29, & longitudinis 32, 17, 30. Tempore solstitii aestivi, qvô diem suum longissimum celebrat, inter solis ortum & occasum sedecim horæ & triginta octo circiter minuta numerantur. De nominis origine, de primis incunabulis, de civitatis incremento, & similibus nihil addo, sed sciendi cupidos ad prælaudatum BECMANNUM, qui fuis de hisce egit, remitto.

§. II.

Situs nostræ urbis, unanimi omnium, quibus træsus circumjectos sèpius attente lustrare contigit, suffragio, amoenissimus est. Partem enim, quæ orientem spectat, superbæ Viadri undæ alluunt, & urli ab eo latere titamen, maximaque mercaturæ commoda præstant; trans fluvium hunc, cuius ripam utramque pons ligneus, firmis fulcimentis superstruetus, conjungit, viridia prata, horti suburbani, & hinc inde exsurgentes fylæ umbrosæ prospicientium oculos & animos recreant. Partem occidentalem, meridionalem, & septentrionalem horti, colles, vitibus referti & arboribus, tandemque campi frugiferi, parvis nemoribus & felicioribus vepretis passim interrupti, ambiunt.

§. III.

§. III.

Nullibi intra agri Francofurtani limites, si tractum meridionalem prope pagos *Lößau* & *Wriezig* quodammodo exceperis, præalti ac steriles montes prærupta cacumina ad æthera tollunt: Nullibi horrida aut lethifera antra reperiuntur; sed monticuli duntaxat & colles, quibus ampla plerisque in locis planities interjecta est, in conspectum veniunt. Pars orientalis situm naëta est humiliorem, & maximè versus aquilonem, boreâ - eurum & subsolanum in longè lateque patentem planitem porrigitur: Quæ vero versus favonium & austrum vergit, editior est, & magis, quam prior, collibus, monticulis & vallibus hinc inde inæqualis redditur. Adeoque si homo, urbe per portam *Gubenensem* aut *Lebusiensem* egressus, & versus meridiem aut septentrionem rectâ tendens, paullulum ad orientem deflectat, in tractus planos atque decliviores venit; quod si vero magis à via reëcta meridionali aut boreali versus occidentem declinare velit, loca aliquantulum editiora adscendere tenetur. Jure igitur de agri nostri situ & amoenitate adserere licebit, quod pridem alii de latioribus terræ tractibus dixerunt: *Lepta abique terra facies; hic se in planitem extendit; ibi clementius clivis assurgit; hic berbis convestitur; ibi messibus flavescit; illuc botris; ibi pomis exuperat.*

§. IV.

Terræ fertilitas pro locorum diversitate quidem variat, ita tamen ubique comparata est, ut incolæ naturam nusquam experiantur novercam. In parte humiliori orientali opima pascua & pingvia prata, gramine ac foenum largissimè suppeditantia, post hæc partim sylvæ, partim arya occurrunt. Prata, quæ alibi alteri

alteri duntaxat Viadri fluminis ripæ adjacent, alibi ab eodem secantur, non tantum insensibili irrigationi subterraneæ & halituosæ, sed subinde etiam, præsertim tempore vernali, supervenienti ejusdem inundationi fertilitatem suam, uberrimumque graminis proventum debent. Præter humiditatem enim, ad felicem plantarum vegetationem summe necessariam, undæ, justo tempore ad alveum suum recedentes, pingue material terreo-unguinosam relinquunt, quæ sterorum ac fimi instar, multum ad lætissimum graminis, aliarumque herbarum incrementum confert. Adeoque eadem beneficia hæc prata à Viadro experuntur, quæ decantatissimus Nilus humilioribus Ægypti provinciis quotannis præstare consuevit. Non nunquam quidem accedit, ut, eluvione hac justò diutius perseverante, tenerrima graminis germina, sub aquis stagnantibus prodeuntia, detrimenti quidquam capiant, & putredinem aliquam, aut nimium acrem contrahant; veruntamen, cum talequid non quotannis contingat, & undæ, consueto suo alveo elapsæ, tempestivè plerumque relabantur, ex parte etiam, calore superveniente, exhalando abeant in auras, exigui momenti res esse videtur.

§. V.

Campi frugiferi partis occidentalis sicciores sunt, & quodammodo arenosi, ast fabulum pingvi ubivis gleba ita remixtum est, ut agri credita sibi semina cum magno foenore reddant, & colonis culturæ gratiam cumulate referant. Ferunt *triticum*, *secale*, *borduum*, *avenam*, *fagopyrum* sive *panicum*, *pisa*, *tentes*, *milium*, *linum*, & hinc inde pariter, præfertim prope urbem,

B

bem, *berba Nicotiana* copiose plantatur. Non aequiparanda quidem haec ipsa est herba sancta, quam Brasilia, Virginia, aliaeque noui orbis provinciae mittunt, culturæ tamen sumtus compensat, dum plebeiorum plerique fumo ejus delectantur.

a) Materialem fertilitatis plantarum causam subtilem quandam substantiam salino-unctuoso terream esse, praeter physicos alias D. KÜLBEL monstravit, & aliquot experimentis prorsus evictum dedit. a) Ex pingvi enim terra, & absque fimo fertili, adjuvante digestione, tandemque ipsa decoctione, materiam terreo-salino unguinosam aqua calida penitus extraxit, adeo, ut nihil, nisi crassior portio sabulosa, ulteriore solutionem plane respuens, remaneret. Magma unguinosa-salino-terreum, quod post lenem lixiviorum evaporationem impertraverat, brunneo-rubicundi coloris erat, atque aqua rursus solutum & filtratum, colorem rubicundum elegantiorem, ac pelluciditatem adquirebat, nec amplius terrei quidquam, quotiescumque etiam solutum fuerit, ad fundum deponebat. Notabile quoque est, quod sub prima lixivii evaporatione cuticula salina, qvalem salia lixiviosa sub sui evaporatione formare solent, ultimò fuerit obducta. Extractum concentratum, destillationi in cucurbita subjectum, primò phlegma transmisit, levem odorem atque saporem terræ, unde extractum erat, referens; deinde, lixivio adhuc spissori facto, liqvor flavescens, odoris empyrevmatici prodiit. In fundo terra levis, spongiosa, albescens superstes erat, qvæ aqua elixiviata, & evaporata portiunculam salis fixi medii, neque cum acidis, neque alcalicis effervescentiæ motum subeuntis, exhibuit. Materia sub destillationis initium valde spumescebat, ut ideo etiam igne moderatissimo opus esset, ne vasis destillatorii oras transcen-

^{a)} In Diff. de causa fertilitatis p. 9. seqv.

scenderet, & subtilissimum mucum terreum in recipiens eructaret.

Qvando extractum igne aperto calcinatur, mera terra, instar nivis candida, nec amplius in aqua solubilis, remanet. Portio salina, quæ longè minori quantitate, quam pars terreo-ungvinosa, prædicti magnatis mixtionem ingreditur, eodem observante Auctore, in aliis terris fertilibus magis ad indolem nitrosam accedit, in aliis vero sal enixum, in aliis alcalicum exhibit. Quod vero terras steriles attinet, in illis idem magis acida indole pollet, & minori insuper quantitate inhæret. Terræ igitur fertiles qvæcunque, secundum laudati Auctoris experimenta, substantia illa terreo-salino-ungvinosa, in aqua solubili, instructæ sunt; & qvò fertiliostr est terra, eo major adestr hujus materiaæ quantitas, & vice versa; immo, terræ valde steriles parum vel nihil hujus materialæ continent, sed maximam partem ex moleculis crassioribus fabulosis conflatae existunt, & sal extractum cum alcalicis effervescit, ab acidis autem nullam plane alterationem patitur. Ex hisce igitur manifeste constat, veram fertilitatis caussam materialem substantiam esse terreo-ungvinosam, in aqua solubilem, & sale quo-dam, vel alcalico, vel medio culinari analogo, vel nitroso embryonato tenerimè remixtam. Pars ungvino-sa nondum olei completi mixtionem adepta est, sed tenerius duntaxat principium phlogiston, intimè cum terra subtiliori combinatum, præcipuum agnoscit elementum. Principia hæc, si per plantas successive absunta fuerint, per pluvias, nivem, exhalationes subterraneas, insensibilem partium subtilium ex aere ambiente & incumbente inhalationem, & deinde quoque à colonis per conservatam stercoreationem restituuntur,

§. VI.

In hortis & collibus viniferis, præter vites, &
B 2 diyer-

Non æquipa.
qvam Brat-
incæ mittunt,
n plebejorum

lam subtilem
eam esse, pre-
; & aliquot
ingvi enim
tione, tan-
no ungv.
nil, ni-
ea plane
ino-terre-
nem impe-
ntque aqua
ndum ele-
ec amplius
tum fuerit,
, qvod sub
alem salia-
nt, ultimo
ffillationi
misi, le-
um erat,
, ligvor
In fundo
rat, qvz
alis fixi
fervescen-
b destilla-
etiam igne
oras trans-
cen-

diversas plantas esculentas & medicamentosas ^{a)}, variæ pomiferæ, pruniferæ & nuciferæ arbores, frutesque bacciferi, ut *cerasi*, *pomi*, *pyri*, *pruni*, *juglades*, *mespili*, *castaneæ*, *mori*, *mali cotoneæ*, *Persica* & *Armeniaca*, *amygdali*, *grossularia spinosa*, & non *spinosa rubra* & *alba* &c. latissimè crescunt, atque fructus, ni ericæ, aliaque insecta, aut inimica aeris qualitas & incongrua tempestas foliis, floribus aut ipsis fructibus detrimenta adferant, largiuntur copiosissimos. Numerosæ in suburbio Gubensi *tilia* umbrosæ; prope aquas *ulmi*, *populi*, *salices*, & in sylvis atque dumetis *abies*, *pini*, *piceæ*, *quercus*, *ilices*, *alni*, *fraxini*, *betule*, *platanii*, *fagi*, *coryli* &c. proveniunt, ut neque ad ædificia struenda, neque ad ignem in fornacibus, caminis, furnis & focis culinarum alendum, ligna deficiant. Tanto perè quoque sylvæ nonnullæ *fragis* abundant, ut maxima eorum quantitas mense Julio à ruricolis atque pauperculis colligi, & in urbe nostra divendi queat. Botanices denique studiosi in hortis, sylvis, campis, vineis & circa flumina & lacus occasionem inveniunt, scientiam suam exercendi, & magis magisque amplificandi; quemadmodum de hisce plura apud BECMANUM ^{a)}, & JOHRENIUM, quorum uterque plantarum, sponte circa Francofurtum nascentium, catalogum typis imprimendum curavit, videnda sunt.

^{a)} Plantæ aromaticæ & balsamicæ, ut *majorana*, *thymus*, *rosmarinus*, *lavendula*, *spica nardi* &c. parcus quidem in hortis occurunt: An verò penuria hæc singulari terræ ac climatis conditioni, an vero negligenti hortulanorum culturae tribuenda sit, nondum certius mihi innotuit. Credo tamen, culpam præcipuam, quum terræ indoles non videatur contraria, ad hortulanorum negligentiam redundare.

§. VII.

•) Vid. ejusd. Memoranda Francofurtana p. 72.

§. VII.

Vites nostræ viniferæ, favente tempestate æstiva & autumnali, copiosas & satis dulces uvas gignunt, ad summum tamen gradum succi dulcedo, ob clima frigidius, nunquam evehitur. Ex musto expresso duplex vinum, album videlicet, atque rubrum, fermentatio-nis beneficio paratur. Utrumque facile quidem vinis Hungaricis, Hispanicis, Gallicis, Rhenanis, aliisque, qvæ in calidioribus terræ tractibus nascuntur, saporis fvatitatem, ac spirituositatem cedit; inter singularia nihilominus naturæ dona referendum est. Vetustum enim, præsertim album, crassiori suo tartaro, quô abundare deprehenditur, qvodammodo liberatum, non infimum inter vina provincialia locum obtinet, nec sanitatem qvoqve, si moderate ac tempestivè usurpetur, laedit, immo, annis qvibusdam tam nobilem adqvirit indolem, ut vinis Franconicis vix postponendum videatur. Ex musto expresso, & semine sinapi, præpri-mis qvando certis annis uvæ, ob inimicam tempesta-tem, ad justam maturitatem pervenire neqveunt, gratum Embamma, vulgo Môstricht diëtum, præparatur, qvod carnibus infumatis, muria conditis, pisci-bus & similibus ferculis condimenti loco adponitur.

- a) Vinum qvodcunqve ex qvatuor partibus essentialibus, ex phlegmate scilicet, spiritu inflammabili, materia gummeo-tartarea, & substantia qvadam resinofo-oleo-fo-ungvinosa, vel perfecte dulci, vel acidulo-dulci vel austriuscule-dulci constare, examina chemica abunde confirmant. A spiritu inflammabili virtus inebrians, à materia gummeo-tartarea sapor acidiuscu-lus & austerus, & ab oleoso-ungvinosa denique substan-tia sapor dulcis, color flavus, & aliquva, quæ dulcibus in specie vinis inest, virtus nutriendis dependet. In vi-nis

nis rubris color quodammodo adventitius est, & primariò partibus terreo-gummosis, partim uavarum rubicundis tunicis, partim acinis eárum inhærentibus, originem debet, qvas successivè, dum iis diutius stant superfusa, extrahunt: Hinc quævis etiam vina rubra saporem & virtutem plus minusvè adstringentem possident. A diversa interim memoratorum ingredientium quantitate, proportione, subtilitate, indole &c. vinorum, qvoad saporem, colorem, ac proprietates reliqvas diversitas derivanda est ^{a)}

Ut sciendi cupidis ingredientium seu rectius partium constituentium quantitas & proportio, tum in vinis nostris, qvæ vulgò provincialia vocantur, tum in præstantioribus Germanicis, & præcipuis exoticis, innotescat, tabulam, qvam B. NEUMANNUS post varia, eaque laboriosa, vinorum examina, concinnavit, & in Lectione publica de vino communicavit, mutata tamen paucisper ordine &c., subjungere placet,

QVÆLIBET HORVM VINORVM MENSURA CONTINET

Vinorum Species	Spiritus vini		Principii re-		Principii tar-		Phlegmatis		
	rectificati-	Unc. Drach.	sino- - oleo/	unduo/ - craff/	tareo-gum-	moss/	Libr.	Unc.	Drach.
Vinum provinciale album	1 $\frac{1}{2}$	- 2	3	- 2	1 $\frac{1}{2}$	- 1	2	- 5	- 3
- - - rubrum	-	-	$\frac{1}{2}$	- $\frac{2}{3}$	=	- 2	-	9	- $3\frac{1}{2}$
- - - enulatum	-	-	3	- 2	1 $\frac{1}{2}$	- 1	-	5	- 3
- - - Mosellanum.	2	-	$\frac{1}{2}$	- $\frac{1}{3}$	=	- $1\frac{1}{2}$	-	9	- $\frac{1}{2}$
- - - Rhenanum vetustius	-	-	=	I	-	=	- $2\frac{1}{2}$	- $8\frac{1}{2}$	- $1\frac{2}{3}$
- - - ordinarium	-	2	=	- $3\frac{1}{2}$	=	- $1\frac{1}{2}$	- 9	-	$1\frac{5}{6}$
Vinum									

•) Conf. B. Hoffm. in Obs. Physico-chemicis p. 81. seqv.

	Unc.	Drach.	Unc.	Drach.	Unc.	Drach.	Libr.	Unc.	Drach.					
Vinum Tyrolense rubrum	1 $\frac{1}{2}$	-	1	-	2	$\frac{1}{2}$	-	2	-	8 $\frac{1}{2}$	-	2		
- - - Hispanticum ordinar.	1	-	2	$2 \frac{1}{2}$	-	9 $\frac{1}{2}$	-	1	-	10 $\frac{1}{2}$	-	2		
- - - Malvaticum.	4	-	2	4	-	3	2	-	3	2	-	1	-	2
- - - Alicantinum.	3	-	2	6	-	$\frac{1}{3}$	2	-	1 $\frac{2}{3}$	2	-	2 $\frac{1}{2}$	-	2
- - - de Salamanca.	3	-	2	3 $\frac{1}{2}$	-	2	2	-	2	2	-	3 $\frac{1}{2}$	-	2
Madera - Sec.	2	-	3	3	-	2	2	-	2	2	-	4	-	3
Xereser - Sec.	3	-	2	6	-	2	2	-	2	2	-	$\frac{1}{2}$	-	2
Palm - Sec.	2	-	3	2 $\frac{1}{2}$	-	4 $\frac{1}{2}$	-	2	-	2	-	2 $\frac{1}{2}$	-	1
Vino Tinto	3	-	2	6 $\frac{1}{2}$	-	1 $\frac{1}{2}$	-	2	-	2	-	$\frac{1}{2}$	-	2
Vinum Tockaviense.	2	-	2	4	-	3 $\frac{1}{2}$	5	-	2	2	-	2	-	3
- - - Gallicum ordinar.	3	-	2	$\frac{1}{2}$	-	2 $\frac{2}{3}$	$\frac{1}{2}$	1	2	2	-	8	-	$\frac{1}{3}$
- - - Moschatinum.	3	-	2	2 $\frac{1}{2}$	-	1	-	2	-	2	-	5 $\frac{1}{2}$	-	$\frac{1}{2}$
Vin de Burgogne	2	-	2	$\frac{1}{2}$	-	2	-	1 $\frac{2}{3}$	2	2	-	9	-	$\frac{1}{3}$
- - - Carcassone	2 $\frac{1}{2}$	-	2	$\frac{1}{2}$	-	$\frac{1}{8}$	$\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{3}$	2	2	-	8 $\frac{1}{2}$	-	$\frac{1}{2}$
- - - Champagne	2 $\frac{1}{2}$	-	1 $\frac{1}{2}$	$\frac{1}{2}$	-	2 $\frac{2}{3}$	$\frac{1}{2}$	1	2	2	-	8	-	3
- - - Grave.	2	-	2	$\frac{1}{2}$	-	2	$\frac{1}{2}$	2	2	2	-	9	-	$\frac{1}{2}$
- - - d' Eremitage.	2 $\frac{1}{2}$	-	3	1	-	2	$\frac{1}{2}$	1 $\frac{2}{3}$	2	2	-	7 $\frac{1}{2}$	-	1 $\frac{1}{2}$
Frontignac	3	-	2	3 $\frac{1}{2}$	-	$\frac{1}{2}$	2	1 $\frac{1}{3}$	2	2	-	4 $\frac{1}{2}$	-	2 $\frac{1}{2}$
Pountac.	2	-	2	$\frac{1}{2}$	-	1 $\frac{1}{3}$	$\frac{1}{2}$	2	2	2	-	9	-	$\frac{1}{3}$
Vino de monte Pulciano.	2 $\frac{1}{2}$	-	2	$\frac{1}{2}$	-	3	$\frac{1}{2}$	2 $\frac{2}{3}$	2	2	-	8	-	$\frac{1}{3}$

§. VIII.

Uberiore quoque hoc loco considerationem mereatur singularis quædam, nec ubivis obvia, graminis species, quam Botanici *Gramen Cereale*, it. *Gramen aquatum pannicula oblonga* vocare solent. Copiose id ipsum in locis palustribus, agro nostro vicinis, crescit, & mensibus Majo atque Junio floret: Floribus sub finem Julii & initium Augusti semina parva, oblonga, ex albido-flave-scentia, folliculis suis inclusa, succedunt, quæ, perfectam

fectam maturitatem adepta, tempestivè, h. e. antequam sponte è spicis suis excidant, à tractuum hujusmodi accolis excutiuntur ac colliguntur. „Culmis „hæc planta, ROMBERTVS DODONÆVS scribit „assurgit cubitalibus, crebro geniculatis, per maturitatem subrubentibus, foliis arundinaceis, pilosis, præsertim ea, qua culmos ambient, & amplectuntur, parte. Juba ferè milii modo effunditur, minus tamen densa, cuius spicæ perqvam tenues semen ab una tantum parte habent milio minus. Semina hæc à ruricolis Schwaden, it. Himmel-Thau dicuntur; apud rerum naturalium scriptores verò sub *Manna Germanica* aut *Polonica* nomine nota sunt. A folliculis suis liberata, vel integra, vel in farinam redacta, instar milii atqve oryzæ, cum aqua, lacte, aut jusculis carnium coqvuntur, & satis gratum, salubre atqve valde nutriens esculentum præbent. Notabile quoque est, quod cum lacte cocta tantoperè intumescent, ut exigua portio magnæ lactis quantitati pultiformem consistentiam inducere queat. Nihil igitur manna nostra, seu, ut alii loqui amant, manna nostrum, cum *Manna Israelitarum*, aut *Manna Calabrina* commune habet. Illa enim quondam in desertis Arabiae locis sub roris unctuosis ac granulati forma noctu ex aere decidebat, & humo arenosæ, graminis, ceterisque plantis adhærebat; hæc autem dulcis & leniter catharticus fraxinorum succus nutritius est, qui, calidiori anni tempore ex ruptis foliorum tubulis expulsus, aeris calore in massam melleam atque solidiorem coagulatur ac condensatur α)

§. IX.

a) Conf. Sylv. Bocconis Curiöse Anmerkungen über ein und andere natürliche Dinge p. 1. seqv.

§. IX.

Relictis plantis, nunc animalia quoque, tam fera, quam domestica, paucis attingam. In sylvis circumiectis, praesertim majoribus, *sciuri*, *leporis*, *vulpes*, *dorades*, *cervi*, *apri* &c. oberrant; in campis, pratis, vepretis atque nemoribus astivo tempore *porcorum*, *vaccarum*, *boum*, & maxime *ovium* greges pascuntur. Nec desunt quoque variae avium species: Domi *gallinae vulgares* & *Indicae*, *anseres* numerosissimi, *anates*, pauciores tamen, quam alibi, *columbae* aluntur; in locis campestribus & sylvestribus *otides*, *coturnices*, *perdices*, *alaude*, & circa aquas *sturni*, *ficedulae aquatice* & complures aliæ catervatim vietum quærunt, quæ, sclopetorum globulis occisæ, vel alio modo captæ, in gratum atque salubre incolarum alimentum cedunt. Copiosæ in specie aves aquaticæ, praesertim *anates fera*, circa Oderam, & prope pagum Wriezig, & *otides* in campis ad pagos *Besken*, *Schönfisch*, *Malno*, *Pödelzig* &c. reperiuntur. Silentio pariter non praeterendum est, *luscinias*, quæ alias in ceteris Marchiæ tractibus, testante BECMANNO a), paulo rariores sunt, maximo numero in nemoribus, dumetis, vineis & arboretis, præprimis iis, quæ sic dictam *semitam Poetarum*, den *Poeten-Steig*, cingunt, nidulari, & cantu suo suavissimo, artificiosissimoque, solitis mensibus, obambulantium aures atque animos mirifice recreare. a)

a) Diebus & noctibus continuis, PLINIUS a) scribit, hæc avis cantillat, cui tanta vox tam parvo in corpuseculo, gutturculoque adeo angusto, tam clara, tam suavis,

C

tam

a) Lib. 10. Cap. 29.

tam magna, tam varia vox reperitur, & tam pertinax spiritus, in qua una sonus in perfectæ Musicæ scientia editur: et nunc in continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur revocato, infuscatur ex opinato, interdum & secum ipsa murmurat, ubi visum est, vibrat, jam sonus est grauis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum vix ex cogitavit, mille voces figurat, vibrat, crispatur, idque tanto certamine, tantoque studio, ut victa morte sære vitam finiat.

§. X.

Nullæ *metallifodina* in agro nostro obviæ sunt, nec probabile quoqve videtur, quod divites venæ metallicæ telluris nostræ viscera perreptent. Qvod vero alia corpora mineralia, tam terrea, quam lapidea attinet, eorum varia, qvæ incolis utilitatem præstant, vel aliquam tamen annotationem, ob originem, aut figuram singularem, aliasqve proprietates merentur, hinc inde occurrunt. Non attingam arenam nostram, & argillam, quam posteriorem non procul à celebri quondam Carthusianorum monasterio, nunc præcipua Academiz villa, & alibi qvoqve effodere, & numerosissimos inde lateres atque tegulas quotannis parare, & ustione indurare solent; silentio pariter lapides vulgares, ubivis obvios, prætermittam & saltem de notabilioribus, qvibus fortassis *osteocolla*, *lapides cruentis maculis conspersi*, *bufonite*, *stite*, *musculite*, *pectinite*, *osteriae*, *lapides judaici* &c. adnumerari poterunt, brevissimam relationem subnecdam.

§. XI.

Osteocolla, quæ alias etiam *Osteocollum*, *Ostbeolitbus*,
Lapis

Lapis ossifragus, Osteites, Germ. Beinbruch, Bruchstein, Beinstein, & sic porro, vocatur, non est perfectum lithophyton, quod nonnulli autemant, sed concretum terreo-lapideum, arenoso-margacea indolis, grysei ut plurimum vel ex albido-flavescens coloris. Crescit ad montes Lusatianenses, itemque prope pagum Nadienichen-dorff, non procul ab oppido Besekow &c. in solo arenoso, nunquam vero in diviti, seu pingui terra, ad brachii subinde crassitie ^{a)}). Tam altas radices quandoque in terra egisse compertum est, ut ramos ad aliquot ulnarum profunditatem porrexit. Radices plerumque ad perpendiculum directae sunt, rariusque ramuli per latera diffunduntur, nec ubique aequali gaudent crassitie, sed alii aliis tenuiores, vel crassiores, instar plantarum super terrae superficiem crescentium, inveniuntur; truncus tamen omnium crassissimus est, & persæpe mediocris brachii, vel tibiae crassitie attigit, ramis interim auricularis digiti crassitie non superantibus. Certum atque definitum tempus hoc concretum lapideo-terreum ad maturitatem postulat: In illo enim loco, ubi anno præterito osteocolla fuit effossa, altero anno nova plerumque genita visitur, quæ tamen, si præmaturè effoditur, justam duritatem non adquirit, & extracta mollitiem quandam ac friabilitatem retinet.

S. XII.

Causam divisionis osteocollæ in ramos BECMAN-NUS ^{b)} prodire arbitratur ex plantarum radicibus, semet subter terra passim diffundentibus, adeo, ut materia terrea margacea circa eas colligatur, & fir-

C 2 mius

^{a)} Vid. Beemaan: in Hist. urb. Francof. p. 33. Conf. Acta Societatis Reg. Anglic. ann. 1668. p. 646. ^{b)} In Actis Societatis Regiae Anglicanae l. c.

mius adhærescens postea, secundum radicum divisionem, figuram ac speciem plantæ consequatur. Et inde etiam ratio ducenda videtur, cur linea obscura trunci & ramulorum centrum secundum longitudinem semper percurrat. Hæc stria sensim evanescit, & osteocolla in medio clarescit, quamprimum radix paulatina corruptione in pulvere redacta fuit. Subinde quidem osteocollum in medio perfectè solidum & prædicta cavitate penitus destitutum occurrit, at istud neutiquam circa crassiorem quandam radicem, sed tantummodo circa complures fibras tenues concrevit; hinc poros qvidem per totam longitudinem, nullam tamen, uti prius, cavitatem obtinet. In illis locis, ubi osteocolla delitescit sub terra, inter arenam, qvæ hic ubique subflavi coloris est, albicans atque pinguior arena in conspectum venit, eademque remotâ, obscura, pinguiscula, &, non obstante calore & siccitate alterius arenæ, quodammodo humida ac putrida materia, instar ligni putridi; quæ passim sub arenis diffunditur in modum ipsius osteocollæ, & ab iis, qui effodiendæ osteocollæ operam navant, *Flos* hujus substantiæ vocatur. Osteocolla hac ratione inventa tota mollis est, magis tamen friabilis, qvam duætilis: Qvare, si fossoribus integrum truncum cum ramis extrahere placet, circumquaque arenam providè amovere debent, & ita aliquandiu relinqueret, donec indurescat, qvod plerumqve, si aeri & solis radiis liberior accessus pateat, post horæ dimidiæ decursum fieri solet.

§. XIII.

Durum hoc, atque crassioris terreo-lapideæ tex-turæ

turæ concretum, vulgò ab ignaris medicis ad callum ossium fractorum generandum, tum internè in vino ad unum vel alterum scruplum, immo drachmam propinatum, tum emplastris externe imponendis mixtum, commendatur. Veruntamen, operandi modum plane concipere neqveo, ideoque de singulari hac virtute justas dubitandi caussas habeo, præsertim, cum facile circa caussam fallacia committi potuerit. Nihil amplius enim, si alias solutio ejus in ventriculo speranda esset, efficere valeret, nisi, ut acidum, fortassis in prima culina præsens, absorbendo extingueret; qvi juvandi modus nondum tamen nobis claram de virtute callum generandi ideam suppeditat.

§. XIV.

Alia terra margacea & tophacea, non adeo multum tamen à molli osteocollæ materia distincta, copiose in montibus prope pagos Losau & Wriezig occurrit, ex qua calx ustione paratur, qvæ quidem ad lapides murorum conglutinandos, nequaquam autem ad parietes dealbandos, cum facile iterum ob indolem friabiliorem decidat, apta existit. Duplex datur species, altera dura lapidea, altera mollior, & hæc posterior, æque ac lateres, efformari debet, (*muß gestrichen werden*), quando calcinationi in furno subjicienda est. In Bibliotheca academica etiam terra qvædam alba, in agro nostro effossa, adservatur, qvæ jure inter terras sigillatas & sigillandas locum sibi vindicare potest.

§. XV.

Lapides maculis cruentis, iisque nunc majoribus,
C 3 nunc

nunc minoribus conspersi, qvos aliqui ex ingenii lusu
Lapides S. Stephani, *S. Stephans-Steine* adpellare con-
 sverunt, reperiuntur in montibus prope pagum
Wriezig, & quidem in loco qvodam, ubi profidentis
 fontis cuiusdam aqvæ placide decurrent. Maculae in
 parte inferiori, qvâ lapis terram tangit, non visun-
 tur, ibidemqve saxa hæc aliis lapidibus vulgaribus si-
 millima sunt, sed illæ solummodo in parte coelo ob-
 versa, nec minus in lateribus obviae sunt, qvæ à de-
 currentibus scaturiginis aqvæ alluuntur ac perluun-
 tur. Origo harum macularum nondum satis explora-
 ta est, a veritatis tamen tramite illi non adeo aberra-
 re videntur, qvi easdem lapidibus hisce partim ab in-
 stillante corylorum succo, partim ab illapsis & postea
 putredine corruptis ulmi seminibus imprimi existi-
 mant. Tales eqvidem frutices atque arbores ibi lo-
 corum passim prope fontem ac rivulum crescunt, et
 ulmi qvoque depressa & orbicularia semina gignunt,
 qvæ suo tempore, præsertim vento violentiori spiran-
 te, excussa supra corpora subjecta sparguntur. Pro-
 babilior hæc opinio evadet, si ad analogas colorum
 productiones, qvæ in aqvæ & aliis corporibus accidunt,
 & putrescenti cuidam materiæ originem debent, at-
 tente respicere velimus.

§. XVI.

Astroita, *Musculite*, *Pectinita*, *Lapides judaici*, vel
 seorsim, vel silicibus, lapidibus corneis, arenariis
 innati, vel in terra pinguiori, qvanquam rarius, de-
 litefcentes, nec minus, *Bufonite* & *Ætite* passim in cam-
 pis reperiuntur: Inter reliqua rariora naturalia, quæ
 in Bibliotheca academica adservantur, bufonites mon-
 stra-

stratur, hic inventus, qvi tam arcte cum lapide corneo concrevit, ut lapis uterque unum atque continuum corpus esse videatur. Silentio quoque hoc loco præterire nequeo, qvod inter laudata Bibliotheca fossilia notatu digna etiam *Stalactites crustosus*, nec minus *Adamantes Francofurtani*, occurant. *Stalactites crustosus* non coagulatus fuit in spelunca quadam, uti ordinario fieri solet, sed olim circa corpora solidâ, v. g. frusta lignea, radices arborum &c., fonti lapidifico immersa, vel casu illapta, concrevit. *Pseudoadamantes*, seu ita à collectoribus dicti *Adamantes crudi Francofurtani* nihil aliud sunt, nisi parvæ crystalli montanae: In quonam autem territorii nostri loco istæ inventæ fuerint, nondum resciscere potui, etiam si locum natalem, alias interrogando, detegere sedulo allaboraverim.

S. XVII.

Inter notabiliora producta, quibus natura nostram instruxit tellurem, non infimum etiam locum obtinet *Succinum*, quanquam rarius id ipsum fuerit repertum. In Bibliotheca Academica frustum flavum atque satis diaphanum adseratur, aliquando ad pagum Schaumburg prope Custrinum ex Odera extraactum. Cum istud primum contemplarer, illicè suspicari coepi, strata territorii nostri argillaceo-arenosa plura hinc inde succini frusta fovere recondita; nec spes me fellit. Paullo enim post, cum instructissimum rerum naturalium gazophylacium Generosissimi Domini de Heinzen, Toparchæ in Lichtenberg, perlustrarem, aliquot frusta succini flavescentis, nucem myristicam magnitudine superantia, mihi monstrata fuerunt, paucis

cis abhinc annis à rustico in terra argillaceo-arenosa campi Lichtenbergensis casu inventa & eruta. Frustum inter fodientum occurrebat satis magnum, qvod tamen ab ignaro rustico in plura frustula minora diffractum fuit. In eodem campo etiam *terra nigricans* ac pinguis *aluminosa* prope sylvam quandam obvia est; an illa vero elixiviata multum suppeditet aluminis puri, nec ne, haec tenus nondum satis exploratum est.

§. XVIII.

Hæc tenus recensitis mineralibus atque fossilibus *Urnas sepulchrales* jungere nullus dubito, etiamsi illæ non naturæ, sed arti duntaxat originem debeant. Multæ, eaque minores & majores, integræ & diffraætæ in Bibliotheca academica adservantur, qvæ in & prope vineam Universitatis, nec minus prope pagos *Briesig*, *Lichtenberg*, in montibus Lossaviensibus, ad novam fossam, in pago *Reutwen*, oppido *Lebus* &c. olim ex terra eructæ fuerunt. Anno 1683, mense Octobri grandior, cuius diameter, teste BECMANNO ^{a)}, ulnæ longitudinem superabat, prope fossam novam extracta est. Singulæ ex mera terra paratae, nec satis quoque excocatae sunt, ideoqve fragiles plerumque & friabiles. Pleraque non ultra unum vel duos pedes infra terram delituerunt. In multis adhuc ossa calcinata aut adusta reperta fuerunt, in aliis solummodo cineres. Figura earum, præsertim minorum, diversa est, & aliæ ollas, aut cacabos, aliæ lagenas, amphoras, urceos, & aliarum figurarum vasa fictilia referunt. In minoribus rarissime cineres & ossa fossores deprehenderunt; quod vero majores attinet, in iis nonsolum cineres & ossa, sed per-

^{a)} L. c. p. 21.

persæpe etiam annuli orichalcei, acus, fibulæ, cochlearæ, vractæ, stili, globuli vitrei albi & coerulei, & hujus generis corpora alia sæpius inventa fuerunt. Optime tempore æstivo effodiuntur, ut citius ab aere ac radiis solaribus exsiccati & indurari possint; vix enim extraætæ adhuc molles atque fragiles sunt: Et inde etiam factum est, ut olim, præter homines plebejos, varii quoque eruditæ scriptores, qui veram earum originem adhuc ignorabant, falsò existimaverint, urnas hasce sponte sub terra ex materia argillacea-margacea nasci, & ideo ad rariores lusus & prodigia naturæ opera pertinere.

S. XIX.

Præter urnas, alia adhuc monumenta, quæ de singulari veterum sepeliendi ritu testantur, in agro nostro, campisqve vicinis supersunt. Conspicitur nimis in agro Francofurtano, non adeo procul ab illo loco, qvō prope pagum Lichtenberg urnæ eruuntur, *ingens saxum*, qvod vulgo *der Nappfgen-Stein* vocatur. Exsculptæ in illo visuntur, quasi secundum lineam qvandam, septendecim foveæ rotundæ, quarum duodecim profundiores, quinque vero minores ac saltem superficiariæ sunt. Adjacet colliculo lato ac humili, qvem BECMANNUS, cum plerumque in collulis ejusmodi urnæ delitescant, inter sic dictos *berorum tumulos* refert, & saxum ideo prope viam publicam erectum fuisse opinatur, ut monumentum hoc magis in prætereuntium conspectum veniret. Qvod foveas seu exsculpta foramina attinet, illa regiminis annos, aut victoriarum numerum indicare existimat. Similia saxa, cum adjacentibus duobus colliculis prope pagum

D

gum

gum **Bosen**, ut et alia, peculiaribus quibusdam signis notata, in campis Francofurtanis, it. ad pagum **Crepelin**, nec non *circuli*, ex erectis sat magnis lapidibus constructi, ad pagum **Wrichig**, non procul à fossa nova &c., qvos nonnulli *lectos heroum* vocant, occurunt.
 a) Attamen, prolixius de hisce atque urnis agere nolo, cum parum, ceu monumenta antiqua, ad scopum medico-physicum spectent, & dudum præterea, fuisseque de iis BECMANNUS a), TREUERUS b), aliique egerint.

a) „Temporibus, D. CHRISTIANUS NETTELBLADT scribit γ), qvorum notitia aliqua, fidorum historicorum „ope, ad nos pervenit, qvatuor diversos frequentatos „legimus mortuos sepeliendi modos, quorum singulis „singulas Epochas tribuemus. Primum locum tenet „etas sepulchrorum, quam lingua veteri Gothica *Reisold* di- „cere possumus. Hac ætate mortui sine multis ritibus „in terram defossi, inde humo superinjecta, locus lapi- „dibus circumseptus fuit, ne à bestiis, vel hostili ara- „tro cadaver erueretur. Altera ætas fuit *Cremationis*, lin- „gva veteri Gothica *Bruna-Old*, qva initio particioribus, „postea pluribus ritibus mortui cremati sunt, cineres „autem terra reconditi. Ætati cremationis jungimus „tertiam, quæ *Hauga-Old*, id est, *etas tumulorum* majori- „bus nostris dicta; qua, ut verbis utar WORMII δ), ca- „davera integra et non cremata, cum suis ornamentis, in circulo, „ex grandioribus confecto saxis, locabant, aliquique circumquaque te- „gebant, arenam & glebam terra exaggerando, usque dum in ju- „stam monticuli exsurgeret altitudinem, qui cespitibus & aliis saxis „demum exterius exornabatur. Postquam Christiana sacra „am-

a) L. c. p. 23. b) In der kurzen Beschreib. der Heidnischen Todten-
Lüdße xc. γ) In Diss. de variis mortuos sepeliendi modis apud Svi-
ones, & urnis sepulchralibus in Pomerania Suetica &c. Thes. 3. 4. 5.
6. 7. δ) In Monument. Dan. Lib. 1. cap. 7. p. 43.

„amplexi sunt majores nostri, christianis quoque ritibus mortuos sepelire coeperunt. Hinc enata ætas Christianismi, qvæ ceteris sublatis sola inde obtinuit. &c.

SECTIO II.

DE

AQUIS URBIS ET AGRI FRANCO-FURTANI.

§. I.

Quemadmodum in tractu Francofurtano quævis ea quæ necessaria, salubria ac grata hominibus certisque animantibus esculentæ præbent, largissime gignuntur; sic nulla pariter in eodem potulenti simplicissimi ac saluberrimi, aquarum scilicet, tam scaturientium, qvam fluvialium, penuria observatur. Eminet, & inter nostros non minus, qvam reliquos Germaniæ fluvios, si Danubium, Rhenum, & Albim exceptis, primum sibi locum vindicat *Viader*, *Viadrus*, *Odera*, *Odora*, germ. die *Oder*, quasi *vena terra*, *vena bonorum*, &, variante dialeto, die *Oder*. Celeberrimus hic fluvius, utilissimumque multarum urbium, quas alluit, & præterlabitur, vinculum a), oritur in Moraviæ & Silesiæ confinio, in sylva densissima, ubi ex rupe quadam inter Moraviæ vicos *Bauzsch* & *Epan* a) vel, secundum HENELIUM b), non procul à vico *Bern* prorumpit. Rivulus, telluris gremio exclusus, multos sub progressu suo rivulos alios, ac multa flumi-

D 2

na

a) Vid. Casp. Schneiders Historisch-geographische Beschreibung des Oder-Strohms p. 28. b) In Silesiographia renovata p. 1. p. 551.

na non ignobilia, v. g. *Tescheinam, Ostram, Elsam, Oppam, Nissam, Bielam* utramque, *Olam, Stobram, Laram, Weidam, Bartham, Boberum, Nissam Lusatiam, Pleissam, Wartbam, Plonam*, & complura alia recipit, & ita sensim eorum influxu increvit, ut tandem vastissimi fluvii faciem induat. Decurrit post ortum suum à plaga orientali versus borealem, non rectâ quidem, sed per ambages, transit priuò totam penè Silesiam, & Lusatia partem, deinde Marchiam nostram intrat, eademqve relicta Pomeraniam ulteriorem ingreditur, & aliquot milliaribus infra Stetinum aquas suas in *sinum* qvendam *aquarum dulcium*, qvem *den grossen*, it. *den frischen Haff* vocare solent, devolvit, tandemque per tria inde ostia, quorum sinistrum à Penio flumine, prope Anklam à se recepto, *Panis*, medium *Swine f. Swene*, & tertium denique sive dextrum *Divenca* sive *Diwena* vocatur, mari Balthico infunditur. b).

a) Non procul ab urbe nostra, in maxima navigationis & mercaturæ commoda, Viadrus cum Sprea fluvio per fossam qvandam, qvam *den neuen Graben* vocant, conjunctus est. Incipit hæc fossa prope oppidum *Mülrose*, & ad trium milliarium longitudinem extenditur: Latitudo quinque perticas Rhinlandicas, & profunditas sex pedes geometricos æquat. Coepit hæc fossa anno 1662., jussu *Divi FRIDERICI WILHELMII Magni*, & anno 1668 ad eam perfectionem perducta, ut naves ex Viadro in Spream, ex Sprea in Havelam, & ex illa in Albim ire, indeque redire potuerint. Passim cataractas instructa est, ut conjunctio altioris Spreæ cum humiliori Viadro eò melius fieri queat. Cum *Divus Rex FRIDERICUS* anno 1699. cataractas, antea saltem ligneas, in lapideas vertere juberet, sequentia, cum primus ac fundamentalis lapis cataractæ, prope novam do-

num

num behm neuen Hause extruendæ, poneretur, saxo in-sculpta fuerunt: Fosam inter Spream & Viadrum, qua summo per universum imperium Romanum commerciorum incremento Oceanum Germanicum cum mari Baltico conjungit, Divus FRIDERICUS GUILIELMUS Magnus EL. BR. maximis progenitoribus fru-stra tentatam admirando successu primas perfecit, DN. FRIDE-RICUS III. EL. BRANDENB. patria virtutis & divini insti-tuti hæres dilapoſe per et atem ſublico ſtratumine alvei ſolum fluxum no-va firſtatione & palis robustiſſimis firmavit cataracten bunc ſaxeo munimento ſolidavit, & die ſuo natali in ſis Kal. Jul. an. 1210 xix inter acclamations plauſusque populorum in exordium operis primum lapidem ponи jufſit,

- b) Est autem Odora, HELMONDUS scribit „⁸⁾“ ditissimus „amnis Slavicæ regionis, & oritur in profundissimo ſaltu „Marahorum, qvi ſunt ab Oriente Bohemiæ, ubi & Al-„bia ſortitur principium. Nec longis ab invicem diſtant „ſpaciis, ſed diverſo currunt meatu. Albia enim in oc-„casum ruens, primo impetu Bohemos alluit cum Sora-„bis, medio cursu Slavos dirimit à Saxonibus, noviſſime „Hamburgensem dividens Parochiam à Bremeri, viator „Oceanum ingreditur Britanicum. Alter fluvius id est „Odora vergens in Boream transit per medios Winulo-„rum populos, dividens Pomeranos à Wilzis: In cuius „oſtio, qvo Balticum alluit pelagus, qvondam fuit no-„biliflīma civitas Vinneta, præſtans celeberrimam ſtatio-„nem barbaris, & Græcis, qvi ſunt in circuitu. &c.

§. II.

Quanquam Viadrus plurimas ſub decurſu ſuo ac-colis utilitates præſtet, non levia tamen etiam detri-menta iisdem qvandoque creat, & agrum adjacentem nunc ditare, nunc ſpoliare videtur. Nivibus enim,

D 3 tem-

^{a)} Conf. Beccmann. L. c. p. 45. ^{b)} Vid. Henelii Sileograph. P. I. p. 554.

tempestate calidiori subito ingruente, tempore verinali repente liqvescentibus, aut vehementioribus æstate contingentibus imbrium effusionibus, valde intumescit, ac, ripas suas transcendens, prata, campos, sylvas &c, aquis obruit. Hinc inde quidem, ubi natura ripas formavit humiliores, aggeres educti, & valla opposita sunt, at hæc præsidia, majori superveniente eluvione, undas furentes coercere, & præcipitem atque violentum earum incursum in agros &c. prorsus cohibere nequeunt. Notatu interim dignum est, incrementa ejus extraordinaria sensim & ordinariò in locis origini propioribus prius contingere, ita ut incolæ ortui propiores tempestivè ab ortu remotiores de imminente incremento & eluvione certiores reddere queant: „Qyo qualibet loca, HENELIUS scribit ^a), „ortui fluminis vicinora sunt, hoc citius, maturius, „que sentitur augmentum. Itaque mos humanissimus „observatur, ut vicini vicinos triduo ante ad minimum „scripto commoneant, hi rursus alios. &c.

§. III.

Absente turbulentâ tempestate, & extraordinaria eluvione, placide tractus plerosque permeat, aquas molles ^a), leves & pingues vehit, atque ubique gammaris ^b), & piscibus sapidis ac pinguis variis generis abundat. Ad præcipuos, qui inter agri nostri limites, & locis vicinis, à pescatoribus nassis, hamis ac retibus capiuntur, *Alburni*, *Albula coerulea*, *Tbryssa* seu *Alosa fluviatiles*, *Capitones fluviatiles coerulei*, *Barbi*, *Lucci*, *Angville*, *Cyprini*, *Siluri*, *Lucioperca*, *Blicce* sive *Plestya*, *Sturiones*, *Coracini fluviatiles*, *Erythrini*, *Mustelle fluviatiles*, & *Salmones*, referri merentur. Sturiones

nes & salmones paullò rarius reliquis territoriū nostrū intrant: Qvod vero bliccas, angvillas, lucios, capitones fluviatiles & barbos attinet, eorum ingens numerus qyotannis capitur, adeo, ut non solum recentes qyotidiana incolis plerisque fercula præbeant, sed muria etiam conditi, aut infumati exteris copiose possint divendi. Abundantia ratio, pro mea aliorumque sententia, in tardiori aquarum cursu primariō quærenda est. Flumina enim, qvæ progressu gaudent celeriori, secundum observationem communissimam, pauciores qvidem, ast sapidiores longe ac salubriores pisces in aquis suis purioribus alunt: Qvæ vero placide decurrent, aquas vehunt impuriores, pinguioresque, & ideo etiam plures pisces alere, iisdemque maiorem pinguitudinem conciliare possunt. Hisce accedit, qvod undæ celerius provolutæ ovula piscium, lapidibus, radicibusque arborum ac fruticum, in ripis crescentium, adglutinata, violentius secum abripiant, quod tamen in placide decurrentibus haud metuendum est.

a) Tam fontium, qvam puteorum, lacuum atque fluminum aquæ vulgo à physicis in *duras* & *molles* distingvuntur. Hæ paucas partes terreo-tophaceas in poris suis fovent, & ideo etiam contactu pinguiores sunt, impuritates manuum atque linteorum melius abstergunt & eliunt, cum sapone probè spumescunt, & fructus leguminosos sub decoctione debite emolliunt. Contrarium quoad singula observare licet in aquis duris, eademque non tantum partibus terrestribus scatent, verum subinde etiam moleculas terreo-salinas, aluminosæ, vitriolicæ, nitrosæ, ac culinaris indolis atque prosapiæ simul reconditas gerunt. Aqua Viadri merito prioribus, mollibus scilicet, adnumeranda est, quum singulis proprietatibus, antea

impore ver.
tioribus &
valde intu-
a, campos,
m, ubi na-
cti, & val-
pervenien-
rincipitem
c. prorsis
n est, in-
rio in lo-
at incola-
s de im-
reddere
cribit >,
maturius-
panifimus
minimum

traordina-
eat, aquas
que gam-
ri gene-
nostrili.
hamis ac
Tyrissa seu
Bardii, Lu-
Blice five-
ini, Musse-
r. Sturio-
nes

antea recensitis, instruēta sit. Qvando enim alcali, v.
g. oleum tartari p. d., aut alcahest Glauberi eidem in-
stillatur, nullam plane nubeculam albicantem contra-
hit, sed pristinam suam limpiditatem retinet. Acida
infusa nullam pariter mutationem adferunt: Instillata
vero solutione argenti, cum aqua forti facta, levissime
lactescens evadit, tandemque, servata tamen pelluci-
ditate, colorem ex albido-flavescerentem ac pallide seu
dilutè rubicundum contrahit. Qvæ singula manifeste
docent, paucissimas huic aquæ partes tophaceas inhære-
re, qvæ transseuntibus radiis lucidis obicem ponere possint.
Semper enim, qvod reiterata experientia edocet scio,
solutio lunæ in aquis, partibus tophaceis refertis, colo-
rem ex coeruleo-nigricantem, aut violaceum, cum ali-
qua præcipitatione, in purioribus vero saltem flavescen-
tem, aut pallide rubescentem absque præcipitatione
producit.

- b) In Obra fluvio, qui in Wartam, & hic deinde prope
Custrinum in Viadrum influit, gammares; carnibus
amaricantibus præditos frequentissime capi, SACHSI-
US à LEWENHEIMB testatur, & amari hujus saporis
causam in calatum aromaticum, quo gammari ibidem
vescuntur, qvique uberrimè in Obræ ripis crescit, uni-
ce rejicit: „Rivus est, sic ejus verba sonant „), in ex-
„tremitate Silesiæ, & Poloniæ limites intersecans, in
„Ducatu Glogoviensi, Obra dictus, magnitudine Wei-
„dam itidem Silesiæ fluviorum unum æqvans: ille ex
„Poloniæ finibus veniens, ubi oppidulum Meseriz tran-
„sit, Wartæ fluvio illabitur, & cum hoc ad Castrinum
„Viadro jungitur. In toto hujus Obræ tractu, & litto-
„ribus uliginosis, crescit ingens copia calami aromati-
„ci silvestris; hujus radicibus avide vescuntur ibidem
„Gammari, modo vulgari (minus tamen recte) cancri
dicti;

•) In Miscell. Acad. N. C. G. ann. I.

ibis, dicti; unde cocti, & cibis adhibiti saporem semper ex-
hibent amarum, non tamen ingratum, qvin, ob hoc
nutrimentum ex calamo aromatico extractum, salu-
berrii sunt, & viscera primæ regionis apprimè robo-
rantes. - - - . Hi ipsi Gammari amari maximo
cuidam principi aliquoties oblati, tam sapidi judicati
fuerunt, ut testatus fuerit, se nec in Hispaniæ, nec
Italiæ nec Galliæ itineribus tam salubres, aut tam gra-
tos sapore invenisse. &c. Nihil dubii superest, quum
Obra in Wartam & hic in Viadrum aquas suas devolvat,
qvin subinde etiam tales gammari amari in ipso Viadro
occurrant. Id ad minimum testari possum, memet ali-
quando gammaros accepisse, prope Custrinum captos,
qvorum aliquot notabili sapore amaricante pollebant.

§. IV.

De reliquis flaviis minoribus, atque rivulis, qui
intra territorium nostrum Viadri undas influxu suo
augent, nil singulare dicendum habeo, sed ad puteos
transeo, atque fontes, qvorum aliqui aquas purissimas
eructant, ac saluberimas. Landem præ multis alius
dudum promeruit est decantatissima scaturigo subur-
bii Gubensis, quam vulgo den Kellen-Spring vocant.
Aqua ejus, ex terra arenosa prorumpens, instar cry-
stalli pellucida est, æstate, sub maximo etiam solis
fervore, frigida, puri ac satis grati saporis. Paucas
comparative partes terreas tophaceas continet, ut
ideo sanis non minus, aquæ simplicis potui adsuetatis,
quam ægris plerisque, quibus aquarium adiunctio con-
ducit, jure commendanda sit. Absit tamen, ut fon-
tem hunc inter Soterios, striete sic dictos, referamus:
Nullas equidem moleculas activas minerales in sinu fo-
vet, ac nihil amplius idcirco, quam alias aquæ puræ

E

ac

ac simplices, præstare valet. Quando liquores acidi huic aquæ instillantur, nulla mutatio observatur, immo pelluciditas aliqua potius incrementa capere videtur. Infuso autem alcali liquido, brevi interjecta mora aliquantulum lactescit, & rara nubecula albicans contrahitur, quæ, successive ad fundum præcipitata, illum & latera vitri tenerima materia terrea albicante leviter obducit. Instillata solutione lunæ, primò albidus, cum exigua pelluciditatis turbatione, tandemque debilis color ex rubescente-violaceus prodit.

§. V.

Huic fonti aquarum puritate ac salubritate nisi præferri, certe tamen æquiparari possunt aliquot Scaturigines aliæ, in & circa suburbium Gubense profluentes. Majori in specie encomio dignæ sunt aquæ fontis cujusdam prope villam Carthusianam, ut & alterius in vinea Generosissimi Domini de Heinzen. Aqua fontis prioris, confirmantibus id experimentis, perfecte & quoad singula cum aqua fontis Kellen-Spring convenit; ex posteriori autem hausta utraque adhuc purior esse videtur, ita ut adserere nullus dubitem, illam omnibus, quas examini subjeci, palmam præripere, omniumque harum purissimam esse. Nam post alcali liquidi instillationem non statim lactescit, sed aliquandiu adhuc pelluciditatem suam retinet: Elapsis vero aliquot minutis tenerima saltem nubecula albicans, quæ pelluciditatem parum turbat, in conspectum venit. Color quoque, qui instillata solutione lunæ nascitur, primo dilute-violaceus, tandemque ex violaceo-rubescens, debilior adhuc est, quam in aqua fontis Kellen-Spring, & magis quoque ad rubedinem vergit.

§. VI.

§. VI.

Aquis fontanis, haec tenus recensitis, longe inferiores sunt, tum saporis suavitate, tum puritate ac salubritate, pleraque aquæ in pœnis urbis publicis atque domesticis scaturientes. Minori enim pelluciditate gaudent, ac longe plures partes terreas fovent, adeo, ut infuso alcali valde lactescant, & instillata solutione lunæ primò violaceum, postea ex violaceo-nigricantem colorem induant. Vulgaribus proinde usibus domesticis commode quidem inservire possunt, inter saluberrima tamen & purissima potulenta locum tueri nequeunt. Nequaquam tamen hæc dicta sunt, ac si eas penitus ē potulentorum numero exterminare vellem, sed hisce saltem differentiam & præcedentium prærogativam ostendere conatus sum.

§. VII.

Singulares aquæ minerales, activis moleculis terreis, lapideis, salinis, sulphureis, metallicis, aliisque notabilius imprægnatæ, nondum mihi in nostro territorio innotuerunt. Quondam *fons lapidificus*, non adeo procul à villa Carthusiana in vinea quadam scaturiens, celebris erat, ut multi etiam rerum naturalium scriptores, præsertim LEONHARDUS THURNHEUSERUS α), AGRICOLA, & ALBINUS β), illum inter præcipuos globi terrauei fontes petrificantes referre haud dubitaverint: „Aqva, AGRICOLA scribit „ γ), res in se immisas in lapidem convertunt priore for- „ma manente: In Islandia, fons, qui non longè abest ab

E 2 „He-

α) Lib. 7. de aquis mineral. & metall. p. 104. β) In der Meissnischen Berg-Chronica p. 170. γ) Lib. II. de nat. eorum, quæ effluunt ex terra.

„Hecla monte ardente: alter in Germania non procul
 „â Viadro: tertius in Hetruria, de quo Elsa fluvius
 „oritur: quartus in Eurimenis: Crocanus fluvius Bru-
 „tiorum, Sarnus Campaniæ, Silaris ultra Surrentum,
 „Surius Colchidis, unus in Colossis. In horum aquas
 „injecta virgulta, folia, coronæ, lateres, ossa, cyro-
 „thecæ, qvid plura? omnia, quæ foramina habent, la-
 „ppides extrahuntur &c. B. BECMANNI tempore
 scaturigo nostra hanc virtutem quodammodo adhuc
 possidebat, & corpora injecta crusta terreo-lapidea
 obducebat, immo, aqua altius successu temporis in poros
 penetrans, tot partes terreas in iis deponebat, ut to-
 ta in lapidem conversa viderentur: Aqua quoque bru-
 mali tempore tam tepida erat, ut difficillime gelu sæ-
 viente in glaciem induresceret. At nostra ætate, &
 pluribus jam retrò annis, singulari hac virtute spolia-
 ta invenitur: An rivulus petrificans aliam sibi sub ter-
 ra viam quæsiverit, superstite saltem aquæ vulgaris ri-
 vulo; an stratum tophaceum subterraneum diuturna
 partium abrasione consumptum fuerit, an alia caussa
 subsit, nondum exploratum est, nec fortassis quoque
 sufficienter explorari poterit. Olim clariores hujus
 Academiæ Poetæ, requiem & animi relaxationem qua-
 rentes, persæpe ad fontem hunc considebant, ac lym-
 pha ejus deletabantur, ideoque etiam factum est, ut
 scaturigo hæc *fontis Poetarum* nomine insignita fuerit.

§. VIII.

Priusquam huic sectioni de aquis finem imponam,
 non supervacaneum fore arbitror, si aliquam etiam *ce-
 revistarum*, quæ ex aquis hactenus recensitis, aliisque
 in & circa urbem scaturientibus cogyuntur, mentio-
 nem

nem injiciam. Primatum jure meritoque cerevisia Carthusiana, tum ob saporis savitatem, tum salubritatem, obtinet. Coquitur illa ex tritico & aqua viadrina, certa quantitate cum fontana purissima mixta. Colore pollet flavescente & sapore, peracta scilicet debita fermentatione, acidulo-dulci gratissimo: Neque ventriculum, largius etiam hausta, gravat, neque notabilem humorum expansionem orgasticam aut graviorem temulentiam producit, sed cito vasa transit, & relieta duntaxat substantia mucilaginea nutrita, per vias urinarias excernitur, & singulis idcirco potulentis sapidi pariter atque salubris proprietatibus instrueta est. Nonnulli quidem, qui cerevisis fortiter lupulatis antea adsuefacti fuerunt, de nimia ejus virtute refrigerante conqueruntur, eandemque flatulentias gignere autumant. Veruntamen haec querimoniae firmo, me judice, carere videntur fundamento: Qvum notabilem enim haec cerevisia spiritus inflammabilis quantitatem, ex infra dicendis cognoscendam a), in mixtione sua reconditam gerat, nimium refrigerium nullo plane modo ab ea metuendum est, multo minus aduersatio posterior fidem meretur: Qvae enim in subjectis quibusdam hujus potuenti haustum non nunquam sequuntur flatulentiae, non cerevisiae, sed aliis diæta erroribus, aut antea jam collectis cruditatibus adscribenda sunt. Iterum igitur iterumque adfirmare nullus dubito, quod cerevisia haec debite cocta ac probe defæcata inter sapidissima & saluberrima potuenta, fermentatione ex seminibus cerealibus parata, referenda sit, & ea propter sanis & que atque ægrotis, etiam febre decumbentibus, conduceat. Reliquæ cerevisiae, tam hordeaceæ amaræ, lu-

pulatæ, coloris obscurioris ac nigricantis, Braun*Biere*, quam ex albido-flavescentes, triticeæ, subdulces, Weiss*Biere*, partim ex aqua puteali, partim ex viadrina coquuntur, & satis bono quoque sapore gaudent, atque salubri indole, nec sua proinde laude defraudandæ sunt: priori tamen cedere atque palmam relinquere coguntur.

a) Secundum examina chemica, cum cerevisiis nostris aliquando instituta, mensura una *cerevisia Carrthusiana*, boñæ notæ, continet spiritus inflammabilis 3viiij., extracti resino-mucilaginei 3j. & 3ivij., & ad acidum extingendum uncia dimidia salis fixi alcalici necessaria erat. In mensura una autem *cerevisia triticea in urbe cocta* reperiuntur spiritus inflammabilis 3vij., extracti resino-mucilaginei 3ij. & 3ij., ad acidi vero saturationem requiruntur 3ij. & grana 5. salis fixi al alici. *Hordeacea* denique *cerevisia* mensura foveat in phlegmate suo spiritus inflammabilis 3vj. & grana 6., extracti resino-mucilaginei 3ivij., & ad acidi saturationem 3ij. salis fixi alcalici necessaria erat.

SECTIO III. DE AERE.

§. I.

Aerem rectissime *divus HIPPOCRATES* maximum ex omnibus, quæ nobis accidunt, dominum, causam & autorem vitæ & morborum in ægrotis vocavit *α*). Omnes equidem ac singuli, qui scientia physico-medica, prout decet, imbuti sunt, mecum confite-

ad Lib. de flatib.

confitebuntur, salubritatem non minus quam insalubritatem, locorum, urbium, regionum, à salubri, vel insalubri ambientis atmosphæræ qualitate primariò pendere. Homines profecto, & animantia terrestria reliqua æque in aere vivunt, ac pisces in aqua, nec ullo proinde modo dubitandum est, quin grave, mobilissimum tamen, subtile & elasticum hoc fluidum insignem in vegetantium & animantium corpora vim, maximumque influxum exerceat. Priorem actionem externa præcipue pressione, cum aucta vel imminuta gravitate & expansione elastica nunc crescente, nunc decrescente, exserit. Externus quippe aer, corporis superficie incumbens, premit, & ad interiora constanter penetrare nititur, internus ex adverso, vasculis atque meatibus inclusus, resistit, & majus spatium calore expansus affectando, exitum querit. Qvamdiu interim decens inter utrumque nifus & renifus æquilibrium viget, tamdiu pariter viget motuum harmonia, viget sanitas, viget denique, ceteris tamen paribus, animi tranquillitas. Contrarium observamus, ac protinus variæ motuum turbæ, indeque promanantes sanitatis lasciones superveniunt, qvamprimum laudatum æquilibrium, mutata aeris externi gravitate, perturbatur. Non mirandum igitur est, qvod subjecta sensibilia, teneriora, aut debilitata, aero-metrorum instar, tempestatum vicissitudines frequenter & mature persentiant, & tardiosa inde valetudinis incommoda experiantur.

§. II.

Tantam SCHEUCHZERUS ^{a)} hanc aeris actionem

^{a)} Vid. ejusd. Schweißl. Natur-Geschichte I. Theil p. 58.

nem momenti esse credidit, ut sic dictam *nostalgiam*,
seu *nosomaniam*, quâ montium alpinorum incolæ, re-
licta tellure patria, in regiones humiliores migran-
tes, plerumque corripiuntur, unicè, vel tamen pri-
mario à mutata aeris incumbentis pressione derivare
haud dubitaverit. Haudquaquam tamen, licet hæc
firmo nitantur talo, credendum est, aërem saltem
uniçō hoc modo corpora nostra adficere, ac varias in
illis mutationes producere: Alius qvippe modus super-
est, priori, me sentiente, adhuc notabilior atque va-
lentior: Aer scilicet insensibiliter ipsos animantium
tubulos ingreditur, & singularem circulum cum ipsis
humoribus absolvens, subtile quoddam atqve spirituo-
sum pabulum infert ^{a)}. Intrat, testantibus id neote-
ricorum quorundam observationibus & experimentis,
per tubulos hiantes halituoso - lymphatico - venosos, ac
denū per arterioso - lymphatico - halituosos, in uni-
versi corporis superficie numerosissime locatos, egre-
ditur, & diversi generis effluvia secum educit. Qvibus
admissis ac fundamenti loco substratis in propatulo es-
se opinor, aërem ingressum sua non solum pressione,
& vi elastica, verum etiam per tenerrima corpuscula
volatilia, qvæ secum introducit, varias in corpore
procreare mutationes: Unde deinceps prona fluit con-
seqventia, longe alium effectum ab aere calido ac sic-
co, qvam à frigido, humido - calido, aut humido - fri-
gido, nec minus ab aere vaporibus balsamicis, atque
salubribus, qvam putridis, corruptis, acribus, aliis-
que insalubribus largius referto, exspectandum esse.

^{a)} Hoc adseratum præ reliquis animalium quorundam tem-
poraria, ad hebdomades tamen & integros menses pro-
tracta, abstinentia ab esculentis & potulentis confirmare
vide

videtur. Ursi, taxi, glires, mures alpini, serpentes, hirundines, ranæ, &c. per integros menses in antris ac rimis dormiunt, ac ita delitescentes nullum cibum, nullum potum adsumunt: Insecta quædam, præsertim araneæ, in vitris, linteo tectis, per aliquot menses, circa consuetum atque visibile pabulum, vita fruuntur; manifesto documento, qvod subtile alimentum, vitæ, quanquam ægræ, ad tempus conservandæ sufficiens, ex aere hauriant. Quid dicam denique de diuturna hominum nonnullorum inedia, de qua multa exempla, ex parte à fraudibus prorsus immunia, in publicis scriptorum monumentis consignata leguntur? ») Certis qvidem morbis hæc subjecta correpta & pleraque tandem extincta fuerunt; at concipi tamen nequit, nisi materialem ejusmodi aeris influxum & subtilis nutrimenti introductionem admittere velimus, qvomodo per menses & integros annos absque consveto ac crassiori alimento in vita persistere potuerint. Non possum itaque non, qvin halitusosam hanc corporis nutritionem apud vegetantia æque atque animantia, ipsosque homines, credam, ac serio defendere audeam, etiamsi illos, qui mera sensuum testimonia desiderant, paucis hisce convin- cere neqveam.

§. III.

Sed, relictis hisce generalibus, ad aeris nostri contemplationem specialiorem progrediemur, brevi- ter disquisituri, an ille salubritatis, an insalubritatis notis gaudeat. Experientia teste aer purus, serenus ac temperatus vitæ ac sanitati accommodatissimus, adeo- que saluberimus est: „Per aerem purum autem, se-

F

„cun-

») Vid. Joh. Langii Epist. med. Libr. 2. Epist. 27. Fabr. Hildani Obs. cent. 5. obs. 28. 33. & 40. It. Schenckii Obs. med. rar., nov. &c. obs. 10. Joseph Quercetani Opus dict. Sect. 2. cap. 4. Dan. Sennerti T. 3. oper. cap. 2. Casp. Schotti Phys. curios. Lib. 3. cap. 14. &c.

„cundum B. HOFFMANNUM α), intelligitur, qui
 „partibus heterogeneis caret, & à variis adventitiis
 „exhalationibus probe defacatus est; præterea, qui
 „de subtilissimo ac mobilissimo aetheris fluido, quod
 „primario ejus texturam ingreditur multum partici-
 „pat. Quo major enim pars substantia aetheræ (quæ
 „pro mea sententia aerem proprie ac stricte sic dictum
 „constituit) aeri associata est, eò liquidiori serenitate
 „fulget, motuque vivido intestino graves ac peregrini-
 „nas exhalationes à consortio suo præcipitat. Aer
 „vero temperatus is est, in quo nec calor, nec fri-
 „gus, neque humiditas modum excedunt, sed qui
 „blanda, & moderata temperie gaudet. &c. Ex
 aliorum sententia aer optimus & saluberrimus dici-
 tur, qui purus, tenuis, liber, quem venti præsertim
 boreales & orientales, leniter spirantes modice agunt,
 ac cuius serenitate animi inhabitantium suaviter ob-
 lectantur. β). Si nostrum igitur aerem in genere con-
 sideremus, & prædicta debite adplicemus, nulla uti-
 que pravae qualitatis suspicio nascitur, sed quævis po-
 tius aeris salubris requisita, puritas videlicet, levita-
 tas ac decens ventilatio &c. apud illum deprehen-
 duntur.

§. IV.

Nonnulli quidem arbitrantur, exhalationes aqua-
 as, confertim è Viadro in aerem adsurgentes, pra-
 vum ipsi imprimere charakterem, eumque humidum
 nimis, ideoque etiam insalubrem reddere: Verunta-
 men prædictis objectio hæc valorem demere non po-
 terit. Viadrus enim orientalem tantummodo urbis

α) V. Med. Rat. Syft. T. I. p. 519.
 menta Diaz. p. 12.

β) Vid. Georg. Dethardingii Ele-

partem alluit, & aquæ exhalationes aerem eapropter corrumpere nequeunt. Nam quoties venti humili occidentales spirant, vapores memorati ab urbe versus orientem rapiuntur; quod si vero venti orientales flare incipiunt, humili Viadri vapores urbem quidem cum aere transeunt; attamen, quum venti orientales ordinario sint siccissimi & frigidiusculi, aer tunc temporis plus humiditatis absque noxia alteratione, aut corporum, quæ ambit, detimento, recipere potest. Non dubito quidem hanc objectionem quodammodo admittere, quando rapidiores atque maiores Viadri exundationes contingunt, & aquæ, prata justò diutius obruentes, in putredinosam corruptionem abeunt, sicut nimia tamen ad minimum humiditate aerem replent. At haec quoque non adeo magni momenti sunt. Rarius enim diuturniores ejusmodi eluviones accidunt, & saepius præterea durante exundatione venti ex aliis plagiis spirant, & vapores secum ab urbe abducunt.

§. V.

Quæ hactenus de aeris nostri conditione generaliter dicta fuerunt, suam, habito respectu ventorum ac temporum anni, limitationem patiuntur. Venti equidem ex diversis plagiis spirantes, diversos quoque, uti alibi, effectus edunt, & varias, ratione gravitatis, temperiei, & salubritatis, mutationes inferunt, ideoque incolæ etiam à morbis, qui suum in transitorio aeris vicio fundamentum inveniunt, adeoque nonnunquam epidemicè grassantibus, prorsum immunes esse nequeunt. Eos cæteroquin, evitandæ prolixitatis caussa, singulatim hac vice adducere nolo, præsertim, cum medicis, qui venti cujuscunque indolem, pro temporum annidiversitate mirifice variantem, nec minus specificam eorundem

dem actionem in solidas atqve fluidas corporis partes probè sibi cognitam reddideré atque perspectam, notissimi esse debeant.

§. VI.

Qyum morborum epidemicè grassantium mentio facta fuerit, de *endemiis* quoque seu *inqvilinis* pauca subjungenda erunt. Nulla equidem regio, nulla provincia, plura dicam, nulla urbs de perfecta in hoc passu immunitate gloriari potest; sed unus vel alter ubivis, immo plures, ob ingentem aeris, aquarum atque locorum discrepantiam, & specificam qualitatem, morbi inqvilini à medicis annotantur. In regionibus septentrionalibus, præsertim maritimis, *scorbutus*, *coryza maligna*, *hydrops*, *artbritis*, *rebelles febres quartanae*, nec minus *graves oculorum inflammations* & ipsa *coecitas*; in Norwegia *epilepsia*: in Polonia, Lithuania, & Ukrainia *plica Polonica*: in Anglia *rhabditis*, & *phthisis pulmonalis*; in Gallia, præprimis provinciis mari mediterraneo propioribus, *sarcocele* & *hydrocele*; in Hispania *melancholia hypochondriaca* & *hemorrhoides coeca*; in Italia *febres tertiana*, *roseole saltantes* s. *epinyctides*, & speciatim in Hetruria *epilepsia*: In Hungaria *febris singularis*, vulgo *morbus Hungaricus*, aut *febris castrensis* dicta, itemque *morbus Tjömör*, *podagra* & alii *adfectus artbritici*: in ducatu Tyrolensi, archiepiscopatu Salisburgensi & montanis Transylvaniæ tractibus ingentes *struma ac scrofula*. in Batavia *scorbutus*, *calculus renum*, atqve *vesica*, & sic in aliis regionibus alii inter præcipuos morbos endemios militant.

§. VII.

Qyæ cum ita sint, qvis igitur Germaniam, ejusdem

demque provincias, immo ipsam urbem nostram, nostrumque territorium penitus eximere audebit? Hatenus quidem notabiliores, ac plane singulares morbi inquilini mihi hic locorum nondum innotuerunt, ire interim inficias nequeo, qvod saepius in praxi observaverim, ægritudines, ex latitante & incompleto scorbuto propullulantes, reliquis longè esse frequentiores: Sub varia tamen larva suam illæ ipsæ tragoediam ludunt, arthridemque vagam in aliis, aut valde dolorificos rheumatismos, in aliis febres, aliosqve adfectus catarrhales æmulantur, & ordinario dyscrasiam humorum salso-mucidam, nonnunquam salso-mucido-putridam proximam agnoscunt caussam materialem? cui ingenerandæ aer, pro climatis ratione iam frigidior, præ reliquis aptus reperitur, dum scilicet humores lymphatico-serosos spissiores reddit, & transpirationem cutaneam poros corstringendo plus minusve sufflaminat: Hinc aliter fieri nequit, qvin varia ac copiosa recrementa salino-terrea, atque mucida in corpore remanent, & humores sinceros perniciosa mixtione sua corrumpant; idque è magis, qvando humida aeris intemperies, per intervalla cum frigidiuscula complicata, tonum solidorum dejicit, circulum humorum jam ante torpidum, indeque pendentes se & excretiones, adhuc torpidiores reddit, & ita liquidorum spissitudinem & corruptionem auget. Symbolum tamen suum quodammodo etiam esculenta conferunt: Ex supra enim relatis constat, cives nostros frequentissimè variæ generis piscibus vesci, qvi, communi medicorum suffragio, chylum & sanguinem viscidorem gignunt, & sanos insuper humores nimia falsoidine, si scilicet infumati fuerint, aut muria conditi, replent. Apud feli-

cioris conditionis homines memoratae humorum deprivations non tam facile qvidem, quam apud plebejos atque pauperiores, metuenda sunt, quoniam corpus ab aeris externi injuriis melius vestimentis defendunt, & generosiori præterea vino subinde utuntur, quod spirituoso suo principio exhalationem periphericam largiorem efficere, esculentorum resolutionem adjuvare, humores viscidos fluidiores reddere, ac totum circulationis, itemque se- & excretionis negotium ad primè promovere valet.

§. VIII.

Per biennium, & qvod excurrit, multi quoque homines, utriusque sexus, in urbe pariter atque locis vicinis, feribus petechizantibus, purpuratis & catarrhalibus malignis, persæpè funestis, correpti fuerunt; easdem tamen, licet æquè ac præcedentes, ex latente dyscrasia humorum scorbutica primam ducant originem, inquilinis adnumerare non audeo, quoniam intra tempus prædictum alibi pariter, & quidem in plerisque provinciis teutonicis grassatæ fuerint, & notabilem hinc inde ediderint stragem. Rectius locum inter epidemios merentur, & suos debent natales irregulari temperati, & frequentissimis tempestei mutationibus, per sepius spirantes ventos frigidos asperiores, aut humido-frigidiusculos, Zephyrum videlicet, borea-Zephyrum, aquilonem, & borea-eurum, inducitis. Nihil enim exhalationem cutaneam magis turbare, & totum corpus citius atque validius alterare potest, quam frequens ac repentina aeris frigidi in calidum, aut, quod haðenus plerumque factum est, calidi in frigidum mutatione: „Subita, B. HOFFMANNUS inquit ^{a)}, aeris calidi

^{a)} In Med. rat. Syst. T. I. p. 526.

„lidi in frigidum & frigidi in calidum mutatio in solidarum partium tonum mirifice injuriosa est, & præcipue halitouosas cutis excretiones remoratur, unde catarrhi, arthritides, rheumatismi, hæmorrhagiæ, & humorum corruptiones larga messe proveniunt, &c.

§. IX.

Olim, quod ex veterum medicorum observationibus constat, febres purpuratae in Germania non tam frequentes erant, quam nostra atate, postquam calida potulenta, ut infusum herbæ Thee, & decoctum Coffee, quotidie à plerisque largissimè & intemperanter hausta fuerunt. A veritatis igitur tramite non adeo illi aberrare videntur, qui frequentiorem nostro aëvo purpuræ, tam rubræ, quam albæ, genesin à laudatis potulentis, nisi unicè, tamen maximè, deducunt. Certo enim certius est, crassiores, & adhuc fixiores impuritates salso-mucidas scorbuticas in humoribus germanorum, præsertim partem septentrionalem incolentium, cumulate hospitari, easdemque per calida hæc potulenta, præprimis decoctum Coffee, qvod calidis moleculis oleosis empyrevmaticis, sub fabarum ustulatione per ignem siccum ex subdulci mucagine prodætis, refertum est, volatiliores redi atque subtiliores, ut ideo facilius ad cutem transferri possint. Si igitur paullatim et insensibiliter per poros abeunt in auras, non facile labem sanitati affricant: Quod si autem, ob constrictionem tubolorum cutis exhalantium, ipsis nonnunquam exitus præcludatur, aut particulae heterogeneæ, per massam humorum disseminatae, viscidiores, acriores, copiosiores, aut, ob varias caussas procatarréticas, semiputridæ ac planè corruptæ evadant, tunc

tunc facillime febres continuæ, nunc benignæ, nunc malignæ, accenduntur, & particulæ corruptæ, confertim ad cunctem translatæ, in tubulis capillaribus subsistunt, ibidemque tubercula rubra, aut alba urentia &c. producunt.

§. X.

Pauci ægrotantes in febribus memoratis, præsertim, si corpora eorum plethorica sunt, aut bile abundant, pharmaca calidiora & exagitantia perferunt. Securiora potius inveniuntur, præter moderatum regimen diæticum, medicamenta diluentia, diaphoïca, temperantibus nitrosis & acidulis, & subinde etiam incidentibus & abstergentibus salinis aliis debite remixta. Qvod vero purgantia, emetica, sudorifera, & venæstionem attinet, cum iis caute mercandum est; quæ ita tamen nequaquam accipienda sunt, ac si plebotomiam & mitiora laxantia in febribus memoratis penitus rejicere vellem; sed tempestivum duntaxat, atque circumspectum eorum usum svadeo. Absente autem febre, vel subinde etiam paullo ante ejus accessionem, persæpe hæc remedia summè proficia deprehenduntur, & feliciori febris postea supervenientis curationi viam sternunt, immo, imminentem freqventissimè avertunt, aut alterius atque gravioris morbi futuri germina tempestivè destruunt. Interdum quoque, quando in rheumatismis & catarrhis, absqve febre supervenientibus, major in sanguine ac lympha viscositas peccat, calidiora dissolventia & discutientia locum inveniunt, qvin adeo nonnunquam necessaria sunt, ut absqve iis radicalis morbi curatio vix speranda sit; qvemadmodum fuis de hisce differere possem ac vellem, si instituti ratio uberiorem tractationem præticam postularet.

Hæc igitur sunt, qvæ hac vice de *Aere, Aquis & Locis Trajectinis ad Viadrum* proponere mihi placuit: Spero cætero-
qvin, fore, ut alio tempore, qvod dudum in limine monui,
qvæ restant, addere, eaqve, qvæ jam adduxi,
prolixius explanare liceat.

F I N I S.

Streund, will ich Deinen Ruhm, nicht durch dis
Blatt entweihen,
So muß ich Licht und Glanz, von Deinem Fleis-
se leihen
Denn, wenn man nur von dem und dessen Größe
spricht
So brauchst Du meines Strichs und meiner Farben
nicht.
Wen Männer, die durch Kunst und grundgelehrtes
Wissen
Der Thorheit blindem Wahn den Vorhang weggerissen
Durch treuen Unterricht, mit vieler Lust gelehrt
Der wird auch ohne mich, gelobt, geliebt, verehrt.
Doch, da mich dis vergnügt, so will ich in Gedanken
Mit Deinem Schicksal selbst, und mit dem Himmel zanken
Dass, da man jetzt den Werth von Deiner Freundschaft
sieht

Er Dich aus Eifersucht, an fremde Dexter zieht
Und, da wir Freuden voll an Deinen Ruhm gedenken
Fest mit der andern Hand Dir Klagelieder schenken.

Johann Daniel Funk
beider Rechten Besessener
Oppon. Ord.

X

Indi-

Indignabundus Te dignos grator honores
Carmen & invite barbitos ita canit.
Miraris di^{ctum}? Sed non mirabere Damon
Omnem si causam pandero sponte Tibi:
Ringor Amice meis qvod vis amplexibus ehen!
Avelli, queo vix dicere triste vale!
Quid faciam cum fata ferant ita? gratulor ergo
Qvod Tua Doctoris tempora mitra tegat.
Sis felix faustusque Tuis felix medicabere morbis
Spero, mei tantum sis memor atque vige.

Hæcce pauca
in sinceræ amicitiæ Symbolum
Favorisqve perennandi invitamentum
Simul cum plenissimæ felicitatis vo-
to adjicere voluit, debuit

JOH. CHRISTIANUS LINDNER.

Lignizens. Sil.
Medicin. Studiosus.

Sie! ist dein Schlaf, mein Gaill, mit Lorbeer
überhäuft?
Sie! hat Ihn Hygea heut mit Kränzen umge-
schleift?
Ja Ja! ich sehe es, doch kann ich nicht ergründen,
Wie ich von solchem Schmuck die Ursach möge finden.
Ha, Ha! Nun merk ichs erst: Zum Ruhm vor Deinen Fleiß
Bricht Dir Apollo selbst das grüne Lorberreich;

Er sagt: Dß ist der Lohn für Dein so vieles sitzen,
Für Dein so Tag als Nacht bey schönen Büchern schwigen.
Drum wünschet meine Brust, es wolle Dein Bemühn
Als bald sehr vielen Ruhm und Ehre nach sich ziehn.
Doch wünscht sie dieses auch, daß Dich des Himmels Glücke,
In jeder Kranken-Eur, in jedem Thun erquike.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem Herrn
Gäll zu seiner erlangten Würde von
Herzen glückwünschen

J. L. Heinz.

Hein Muse jezo kanst du nicht
So wie zu andern Seiten schweigen
Denn Schuldigkeit, und Treu, und Pflicht
Muß jezo ihre Wirkung zeigen.
Ein Freund den selbst Apollo ehrt,
Muß heute dazu Anlaß geben,
Der Sich, weil Er es allzuwehrt,
Nach höhern Würden kan bestreben.

Ho zeige denn auch heut der Welt,
Der wahren Freundschaft reine Triebe
Die den, den sie am höchsten hält,
Berehret mit getreuer Liebe

Und wünsche Ihm wohlmehnend Glück
Und Heyl, und Seegen, und Gedeyen,
So wird mit jedem Augenblick,
Sein Ruhm und Wohlfahrt sich erneuen.

Hiermit wünschet seinem wehrtesten Freunde
zu seiner neuen Würde Glück

J. W. Nammelsberg.
M. St.

Seehrt und werther Gaill man muß Dich billig loben
Denn heute siehet man von Deinem Fleiß die Proben
Man nimmt zugleich auch wahr wie Dein so edler Geist
Was wahr und echt erwählt was unecht von sich weist.
Du steigest unverzagt hinauf zum Berg der Ehren
Du wirst zum Lohn gekrönt für Dein so fleißig Hören
In was das schönste ist selbst Deines Lehrers Hand
Der Dich mit Lust gelehrt schenkt Dir dis Ehrenpfand.
Nim hin den Doctorhut er hat Dir längst gebühret
Du hast ja lang genug den Oderfluhr geziehret
Wer so Minervens Hand wie Du sie stets verehrt
Ists sonder allen Streit vor vielen andern wehrt.

Gottsched.

Ich schliesse: Lebe wol und so vergnügt als ich
Doch denke wenn Du kannst zuweilen auch an mich.

G. C. W. Bülow.
Der Gottes Gelahrheit Befüssener.



Bun-

Wohl-

gen naq

Dschafis

jeht sel-

schuldigen

ter

r,

ittelmaer,

lechte, sua-

n Doctora-

tenius,


01 A 6505

f



nur 10. Stck 7A-706
bisher verkaugt

KD 18 WDT



B.I.G.

53.

TIO INAUGURALIS
DICO - PHYSICA
DE
**QVIS ET LO-
RAIECTINIS
VIADRUM.**

QVAM
AUCTORITATE GRATIOSÆ
ULTATIS MEDICÆ
P RÆSIDE
**E FRIDERICO
THEUSER**
AC PROF. PUBL. ORD.
ADU DOCTORIS
LEGITIME IMPETRANDO
LOCO QVE CONSVETIS
XLII DIE DECEMBERIS
AC PLACIDÆ PHILIA-
M VENTILATIONI
subjicit

RESPONDENS
CHRISTOPHORVS GAILL,
alberga - Pomeranus.

*OFURTI ad VIADRVM,
MARTINI HUBNERI.*